



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Quid sit Spiritus, & quid litera. tit. 180

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

fuit Ecclesia? Summa, Honora parentes, Exo 20 id est, superioritatem, & crede vnam Ecclesiam Catholicam.

*QVID SIT SPIRITUS, ET  
quid litera.*

TITVLVS CLXXX.



LITERA est doctrina seu lex, quæ occidit, ac terret conscientiam: Spiritus est doctrina, id est, Euangelium, quæ viuificat, & consolatur conscientiam. 2. Cor. 3. Litera occidit, spiritus autem viuificat. Dicitur autem vetus testamentum litera mortua, eo quod lex non donat spiritum sanctum: exigit obedientiam, & non dat virtutem, qua præstare possimus obedientiam. Minatur mortem & maledictionem, Deuteron. 27, sed non confert gratiam: ideo lex dicitur administratio, id est, ministra mortis, 2. Cor. 3. Si igitur in solam legem & decalogi præcepta respicimus, quæ seruare debemus, & ex nobis non possumus, videmus mortem & damnationem. Nemo enim vobis seruat legem, id est, perfectè.

Secundò, Spiritus dicitur Nouum testamētum seu Euangelium, quòd iterum erigit turbatam & mortuam conscientiam. Nam promittit gratiam & misericordiam gratis, credentibus in Christum, Roma. 3. Et adfert spiritum sanctum, qui consolatur & viuificat nos in Christo, id est propter victimam & opus Christi, quod pro peccatis nostris delictis fecit, & se in precium & satisfactionem pro peccatis nostris delictis dedit, Rom. 4. Et resurrexit, & nobis mortem, sathanam atque peccatum vicit: nobis inquam vicit, nos enim liberauit ab accusatione legis, peccati & sathanæ: & hæc consolantur & viuificant conscientiam.

Tertiò, dicitur igitur Euangelium spiritus, quia adfert nobis spiritum, id est, in iustificatione donatur iustificatio.

ficato donū, id est, spiritus sanctus, qui in nobis operatur motus spirituales, id est dilectionem, timorem, pacem, gaudium, Gala. 5. Fructus spiritus sunt, charitas, &c. Spiritus sancti ergo sanctitas, quando iustificato donatur, hæc efficit in nobis. Nam animalis homo, &c. 1. Cor. 2. Excitat ergo in nobis motus spirituales, sicut dicit Apostolus 2 Corinth. 3. Transformamur à claritate in claritatem à Domini spiritu, id est Spiritus sanctus renouat nos suæ claritate gratiæ, qui creat in nobis spirituales motus, id est, fidem, dilectionem, spem, &c. in claritatem gloriæ, quæ sequitur, scilicet visionis Dei, &c.

Insuper licet sint locutiones aliæ Tropicæ, allegorice, literales, hæc omnia ad literam pertinent.

*IN* CONTENTIONE VERBI  
*Dei cui plus credendum sit.*

TITVLVS CLXXXI.

**R**IA sunt notanda. Primò, quòd verbum Dei est simplicissimè verum & iustum. Secundò, quomodò inuertitur & confunditur glossæ matris hominum. Tertio, Cui par plus credere debemus, quando fit contentio inter Catholicos & sectarios.

Primò, Deus simplicissimè dixit Adam Genè. 2. Ne comedas de ligno vitæ, &c. Et quacumq; die comederis, morieris. At hoc verbum inuertit sathanas, & dicit Genè 3. Nequaquam moriemini, scit enim Deus. Sic Christus simplicissimè dixit Marci vltim. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. At in glossæ de sola fide, de baptismo &c. Matth. 26. Hic est corpus meum, quod simplicissimè dictum est. Sed tot sunt glossæ, quando hic signum & figuram facit, alter solùm carnē & sanguinem sine diuinitate, vt absurdum sit &c. Sic de obedientia ecclesiæ,

E E c 2 Matt.